GULIELMO AUGUSTO.
BRITANNIARUM REGI POTENTISSIMO.
PRINCIPI OPTIMO.
PIO. JUSTO. LIBERATORI.
PATRI PATRIÆ.

SPLENDIDIS, AC VERE REGIIS VIRTUTIBUS EMINENTEM
MENS ATTONITA TE SUSPICIT,
AUGUSTISSIME IMPERATOR.
(LICEAT EFFARI)
EX PRÆCORDIIS ERUMPIT AMOR;
AC UT TE CELEBRET,
VIOLENTO LINGUA FERTUR IMPETU.

SED QUID BALBUTIET
DE
HEROIS
FORTITUDINE, CLEMENTIA, SAPIENTIA,
VIRO
SUPRA LAUDEM, LAUDES EXOSO,
PRÆCONIIS FASTIDIUM CREARE NEFAS;
FAS VOTIS ADDERE VOTA.

ADVENERIS OMINE SECUNDO,
O! ET PRÆSIDIUM, ET DULCE DECUS NOSTRUM!
EXULTANTIBUS INSULIS; POPULIS APPLAUDENTIBUS:
FRUERE DIU GLORIA QUAM TOTIES MERUISTI.
NEC ULLO CLAUDANTUR UNQUAM SPATIO
SÆCULA FELICITATIS TUÆ.

HÆC,
VELUTI PAULULUM LYMPHÆ
REGI
FEL. REDUCI HUMILLIME OFFEREBAT
CLIENTUM INFIMUS;
LIBENTI ANIMO DATURUS SANGUINEM.

M. M.

LONDINI, Excudebat *G. Croom*, & prostant apud *R. Baldwin* in Vico vulgò vocato *Warwick-Lane*, 1696.



31

? February 1695/6